

ven cupiditas experientia id, quod est prohibendum, potest esse peccatum morale. Nec refert, quod Adamus ab Augustino ibi dicitur spirituali mente praedixit; respondet enim Div. Thom. loco allato, quod hoc referendum est ad tempus ante alio-

XII. Obicitur secundo. Minus opponitur integritati primi status peccatum veniale, quam mortale, quod tamen in eo statu homo committit; ergo multo magis peccatum veniale committere potuit.

XIII. Confirmatur. Prius accedit ad minus distans, quam ad magis distans: sed peccatum mortale magis distat a rectitudine primi status quam peccatum veniale; ergo prius pervenit Adam ad peccatum veniale, quam ad mortale. Et vel maxime quod peccatum veniale est dispositio ad mortale, dispositio autem praecedat habitum.

XIV. Respondet D. Thomas par. 7. de Malo art. 7. de 4. negando consequentia. Quod mortale peccatum in tantum reputatur integrum, quod illa integritas neutrum utrumque comparatur. Sed peccatum mortale in tantum plus opponitur, quia peccatum integrum primi status corrumpere, non autem peccatum veniale. Quod magis explicans in 2. sent. dist. 21. qu. 2. art. 3. ad 4. Respondit inquit originalis iustitia in tantum repugnans culpa mortali, ut simul cum ea esse non possit: tamen culpa mortalis, quae ei opposita erat, ipsum privare poterat. Venialis autem culpa nec privare iustitiam originalem poterat, cujus principium erat in ordine superioris partis in Deum, a quo veniale peccatum non separatur, nec simul poterat eum eo esse, propter ordinem inferiorem sub superiori. Et ecce repugnantiā peccati venialis cum statu integritatis specialem. Nam peccatum mortale destruebat statim integritatem, ut de facto destruxit. Veniale autem, ex una parte, non destruxisset causam integritatis, quae est ordinatio superioris partis in Deum: ex alio vero, stante ordine inferiorum virium sub superiori, peccatum veniale esse non poterat, vel si fuisset, iam pars inferior non esset amplius perfecte ordinata sub superiori.

XV. Ad confirm. respondet idem S. Doct. qu. 7. cit. de Malo art. 7. ad 6. quod ratio illa procedit, quod ad magis distans non potest perveniri, nisi per minus distans aliquod determinatum. Sed quod per magis distans determinatum potest perveniri ad unum magis distans, non oportet quocumque illorum praeviasse. Sicut si ad locum aliquem potest perveniri per diversas vias, non oportet, quod antequam perveniantur ad aliquod magis distans, perveniantur ad aliquod minus distans in uno illarum viarum. Et similiter non oportet, quod homo prius peccet venialiter, quam mortaliter.

Hinc peccatum veniale est dispositio ad mortale non naturalis, & necessaria, sed contingens, & ad facile esse; unde non oportet, ut semper praecedat. Dupliciter (ait Div. Thom. qu. 7. de Malo art. 7. ad 3.) aliud dicitur ad alterum. Uno modo secundum ordinem necessarium, & naturalem, sicut calor dicitur ad formam ignis: & talis dispositio semper praecedit id, quod dicitur. Alio modo contingenter, & quasi per accidens, sicut ira dicitur ad febrem; non tamen oportet, quod semper ira praecedat febrem. Et hoc modo veniale dicitur ad mortale, nec tamen semper praecedit. Hoc idem docet in 2. dist. 21. qu. 2. art. 3. ad 1. dicens: Quod est dispositio i quadam est, quae necessaria est ad esse ejus, ad quod dicitur: & hoc semper praecedit illud, ad quod dicitur, sicut calor formam ignis. Quodam vero modo dicitur ordinatum ad facilitatem ejus, ad quod dicitur: quod quidem sine ea esse potest, sed non ita de facili: sicut quod ligna perfunduntur oleo, ut inflammantur citius: & sic veniale peccatum est dispositio ad mortale.

XVI. Obicitur tertio. Invenitur aliquis status creaturae rationalis, in quo potest quis peccare mortaliter, & venialiter, sicut in nobis accidit. Invenitur etiam alius status, in quo non potest quis peccare non venialiter, nec mortaliter, sicut in statu Glorie. Invenitur etiam alius status, in quo non potest peccari venialiter, sed mortaliter tantum, ut status Damnantium; ergo est alius status, in quo potest peccari venialiter tantum, & non mortaliter illo statu durante: sed hic non potest esse alius, quam status innocentiae; ergo illo durante poterat homo peccare solum venialiter.

XVII. Hoc argumentum quoque contra se proponit D. Th. citat qu. 7. de Malo art. 7. cui respondet ad 8. Dicitur: quod huiusmodi rationes non efficiunt conclusionem ubique. Potest enim inveniri aliquid sine altero, sicut subjectum sine accidente, & forma sine materia; & tamen alterum sine illo non potest inveniri. Et similiter dicit potest, quod est invenitur status, in quo potest esse peccatum mortale tantum, non propter hoc

oportet inveniri statum, in quo oportet tantum esse peccatum veniale. Licet possimus dicere, aliquem statum esse, in quo non potest esse peccatum mortale, sed veniale, sicut in sanctificatione ex utero, in Jeremia filiciter, & Joanne Baptista, & apostolis, de quibus dicitur: Ego confirmavi moralitas ejus. Qui creduntur confirmari fuisse per gratiam, ut mortaliter peccare non possent, sed tantum venialiter. Haec Div. Thom.

XVIII. Obicitur quarto. Liberum arbitrium si confirmatum non sit, hec ab eo opposita: sed liberum arbitrium hominis in primo statu confirmatum non erat; ergo sicut poterat non peccare venialiter, ita etiam poterat peccare venialiter.

Respondet Div. Thom. in 2. dist. 21. qu. 2. art. 3. ad 2. quod Adam in primo statu habebat liberum arbitrium ad peccandum venialiter, sed hoc non poterat in alium extir, nisi prius peccasset mortaliter, & ratio hujus dista est. Vel potest dici, quod comparando liberum arbitrium ad objectum suum, confirmatum non erat; sed comparando unum ordinem ad alium, habebat quaedam confirmationem, ut scilicet inferiori ordo superiori invariabiliter sequatur. Quocirca autem hic ordo invariabiliter servabatur, peccatum veniale contingere non poterat, ut diximus ex D. Thoma, & probavimus. Qui etiam videri potest in 2. qu. 89. art. 3. Alias objectiones solvit S. Doct. laudata qu. 7. de Malo art. 7. in 2. dist. 21. qu. 2. art. 3. quas Studiosius percurat.

QUESTIO VI.

De Pena, & Penitentia primorum Parentum.

L Apsum, quo per peccatum a status innocentie felicitate deciderunt male capti Parentes primi, multa mala comitata sunt, & ab ipsis in totum posteritatem propagata. De his ergo malis, quae in peccati peccati eorum consecuta sunt, ac eorumdem de patre delicto penitentia questione praesenti tractabimus cum D. Thoma 2. 2. qu. 164. & alibi: quibus etiam subiectum de annis, quibus vixerunt, & cibis, quibus utebantur.

DUBIUM III.

De Pena in ista Serpente, Eva, & Adamo.

S. I.

Pena Serpentina.

I. Patro peccato, amissa originali iustitia, apertis oculis turbidum fuit nuditatis ex insurgente concupiscentia agnoscentes, eam foliis ficis cooperire conati sunt; audientem insuper vocem Domini, meritam delicti sui exprobrationem, ac vindictam metuentes, latebras, ut se se absconderent, queriebant. Verum Deo vocanti se sistere coacti, atque increpiti delictum, quod sincere accusare debebant, excusare coeperunt: Adamus quidem vertendo crimen in mulierem, quam Deus illi dederat sociam: Eva autem culpam perfricando in serpentem, Serpens dicitur. Haec refert Moyses Gen. 3. 2. ver. 12. Verbo vero 14. subdit: Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantium, & bestias terrae: super pedes tuos gradieris, & terram comedes cinisibus diebus vitae tuae. ver. 15. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & seminem tuum. & seminem illius: ipsa conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo ejus. His poena fuit inflicta serpenti, qui instrumentum fuit Diabolo ad tentandum. Fuisse autem hunc verum serpentem, ac poenam fuisse serpidem etiam literaliter, & non soli Diabolo inflictam; ostendimus Quae, praecedente Dub. 2. primum quidem toto §. 1. secundum vero §. 2. nu. 15.

II. Quoties igitur praefatis verbis poenae serpenti insunguntur. Prima est maledictio divina fulminata, idest (inquit Chrysostr. hom. 17. in Gen.) Quia isti malitia ministrasti, ut frons illa opere completeretur... quia sic fecisti, & a mea benevolentia excludere velisti creaturas meas, ministerio maligni Daemonis tentantis exhibito... propterea quia tu in his, ut in instrumento est usus, perpetuum tibi poenam imponis; ut se in qua tibi instrumentum, & illa scire possit, quodnam istum manus supplicium; & futurum hominem erudiantur, ne habeantur Diaboli consilii, neque illius fraudes admittant, ut ne in casum incidant poenas. Cur autem serpenti maledixerit, & poenas inflinxerit, quoniam merum organum, & instrumentum diaboli malitiae fuerit; diximus loco supra citato ex eodem S. Chrysostr. videndo nu. 15.

III. Secunda poena fuit reptatio super terram, & comestio terrae. Quidam, maxime Veteres, putarunt, serpentem antea erectum incessisse, nec terram comedisit; ut observavimus citato loco nu. 14. & Chrysostr. laudatus videtur supponere, dicens: Quia forma tua abusus es, & in familiaritatem rationalis animalis a me conatus venisse non formidasti. Sicut igitur Diabolus, qui per te operatus, & te instrumentum usus est, & Calix deorsum depulsus est; & quia plus, quam dignitas tua erat, sapere volebas: ita similiter impare, ut & tu aliam formam rationis habebas; & super terram reptas, equae alaris; argue adeo ne licet tibi posthac suspicere, sed semper hoc maneat statum, & solum ex animalibus terra percussis. Verum quia, ut superius diximus, citato loco nu. 15. forte probabilius censuimus, etiam antea serpentem super terram gressum, & terra passum fuisse, nec proinde ejus immutatum naturam, dicitur, quod sicut mors, quod homini in suis naturalibus condito fuisset naturalis, modo versa est in poenam:

nam: ita gressus super terram, & terrae comestio, quae prius serpenti erat natura, voluit Deus, ut esset supplicium, & ignominia.

IV. Tertia poena fuit inimicitia inter ipsum, & mulierem, & seminem illius, nempe genus hominum; & quidem nullum aliud animal adeo averfatur homines, quam serpentes; necmo enim est, qui non ad ejus aspectum putant Damascenus lib. 2. de Fide cap. 10. & Chrysostr. hom. 16. in Gen. superius a nobis relati citato loco nu. 11. factumque esse inimicium, & horificum solam poenam peccati: & probabiliter quidem. Nam ante peccatum animantia omni hominis imperium venerabatur: unda dicitur inimicitias ponam in futuro. Porro illa inimicitia, quae postit Deus inter serpentem animal, & hominem typus inimicitiae fuerunt, quae futura erat inter B. Virginem Mariam & seminem ejus Christum cum Diabolo per serpentem figurato. Hinc sequitur.

V. Quarta poena; quod nempe serpenti caput conterendum esset per ipsam, nempe mulierem. Scio, magnum esse hinc Co dicum varietatem. Ubi enim Vulgata nostra reddit: ipsa conteret caput tuum. Verbo Iux legit ipse, Hebraei legunt ipsa conteret caput tuum. S. Aug. quoque lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 18. & lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 36. Sed five legatur ipsa, referendo ad mulierem five ipsum, referendo ad seminem illius; five ipse, referendo ad filium ejus, ut Chaldaicus Interpret per semen illius vocit filium illius, in idem redit; & idem sensus est. Nam si legamus ipsa, vel ipsum, scilicet femina, versus sensus est, quod ipse Christus femina mulieris contrarius sit caput, id est, omnium potentiam Diaboli, alligans, & subiciens ipsum, ne amplius, ut antea contra hominem caput erigeret. Si vero legamus ipse conteret, scilicet mulier, sit sensus; quod Eva, vel potius Virgo Maria, proferet semen illud, nempe Christum, per quem virtus serpenti conterenda erit. Quo modo dicitur Abrahæ Gen. 12. ver. 3. In te benedicent universae cognationes terrae, propter Christum ex ejus femine nasciturum; quod Gen. ver. 18. & cap. 26. ver. 4. clarius exponitur, dicens: Benedicetur in semine tuo omnes gentes terrae. Ita ipsa, nempe B. V. Maria, in semine suo Christo contraria erit caput serpentis. Quapropter de se ipsa Luca 1. ver. 48. Ex hoc (inquit) beatam me dicant omnes generationes.

VI. Quarta poena referit, seu potius imple Lutherus in hoc cap. Gen. & post ipsam Calvinus ibidem, culpant Ecclesiam Romanam, quod legat ipsa conteret. Non hoc ex ignorantia processit, ut hi Nebulones imponunt. Cum Ecclesia antequam in multis Veribus ista legerit, ut vidimus; & varietas niteretur ex hoc, quod Hebraei lib. idest ipsa, sine punctis saepe sisdem proflans litteris scribitur, quibus hoc idest ipse. & idem fit sensus, utrolibet modo legatur; non est cur ignorantia hoc deputetur. Multo magis autem blasphemus est Lutherus, qui ita Ecclesiam Romanam legere imponit, ut fux, ait idololatrici patrocini faciat Scripturam; dum honorem, qui soli Christo debetur, Mariae, immo cuique mulieri communicat. Nam scit Christus non detrahitur, dum Abrahæ dicitur: In te benedicentur, quia idem reddit, ac in femine tuo, seu ratione feminis ex te proditur; ita nec Christus derogatur, dum dicitur ipsa conteret; quia non nisi ratione Christi serpens erat ab ea conterendum. Quod fateri debet, velit, nolit, Lutherus ipse. Nam dum ipse legit ipsum, idest semen mulieris conteret; vel intelligit de quocumque semine mulieris, vel de solo femine Christo. Si primum; ergo & ipse cuique femini ex muliere tribuit, quod soli debetur Christo. Si secundum; ergo nec nos cuiquam mulieri hoc privilegium cumulamus; sed foli illi, quae benedicta inter omnes mulieres, quae benedictus fructus ventris ejus ab Elisabeth pronuntiat Luca 1. ver. 42. Cui quidem suum honorem deferimus, sed non qualem exhibemus Christo. Quod si Lutherus B. V. Mariam omni cultu honoris, spoliate impendit; implus est, hic detrahendus: sed non vacat cum constare.

VII. Ex dictis colligitur, poenam hanc respicere potius Diabolum serpentem mysticum, quam serpentem verum. Quamvis Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 20. referri posse censet etiam ad serpentem verum: Nam (inquit) si nulla mulieris plura denteum serpenti praevenit, statim totum cum capite corpus necesse interit; ita ut nullus omnino motus, nullus sensus in aliquo parte residuo sit, quod nec malis aut vestibus certe, nec gladius concidensis cito, nec leviter effici potest. Siquidem excisum caput cum tribus, aut duobus digitulis, vivere, & abire prohibetur. Haec Rupertus affertens, quod hoc totum, quod praedictum est, ita esse, ipsum, qui per induriam exploraverunt, fida relatione se compertit. Sed quidquid fit, dubium non est, quin poenam istam Diabolus serpens mysticus subierit.

S. II.

Pena Eva.

VIII. Iusto in serpente maledictionis, ac caeterarum poenarum fulmine Dominus Gen. 3. ver. 16. Mulieri quoque dixit: multiplicabo arumtas tuas; & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris; & ipse dominabitur tui. Quibus Evam, ac feminas ei successuras triplici poena mulcavit Deus, nempe multiplicatione arummarum in multitudine conceptuum; dolore in partu; & subjectione viri, ejusque potestate. Triplicem autem poenam damnata fuit mulier; quia, ut superius diximus ex Ruperto lib. 3. in Gen. cap. 21. triplo magis peccavit Eva, quam vir. Primo, quia credendo serpenti, plurimum Deo, seculum est. Secundo, quia Genui Theol. Tom. 1.

pollicitum, & suavitatem signi delectabiliter concupiscent. Tertio, quia non contenta transgressione propria, postquam commale, viro quoque doluit. Pro triplici ergo peccato triplicis poena erat infligenda. Ita (inquit Rupertus) pro seductione, quae seculum est, conceptum multiplicavit; pro quae oblatione, utriusque dolor; pro temerario imperio servituti illa poena ei redidit est.

IX. Dices tamen primo. Multiplicatio prolis pertinet potius ad dignitatem mulieris, magnum est gaudium Parentum; futura proinde esset quoque in statu innocentiae; ergo non erat deputanda mulieri in poenam.

X. Respondet cum S. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. ad 2. quod multitudine conceptuum inducitur in poenam mulieris, non propter ipsam procreationem prolis, quae etiam ante peccatum fuisse, sed propter multitudinem afflictionum, quae mulier patitur ex hoc, quod parit factum conceptum. Unde signanter conjuguntur Multiplicabo arumtas tuas, & conceptus tuos. Haec D. Thomas. Et Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 21. ite autem (inquit) multiplicatio non benedictionis, sed damnationis est; non gratia, sed ira, non clementia, sed vindicta. Unde & non ait tantum, multiplicabo conceptus tuos, sed multiplicabo, inquit, arumtas tuas, & conceptus tuos. Arumtas autem vitis, incommoda, quae mulieres patiuntur, dum foetum gestant in utero, quorum multi per abortum in utero matris intereunt, & saepe matrem ipsam necant. Multi depravati mores, & figura monstruosi, complexionis debiles nascuntur, quae Parentibus dolori sunt. Eorum insuper, qui generantur, pauci electi sunt, plerique aeternis suppliciis addicti. Quare (ait Rupertus) parit hoc ira, quanta est vindicta: concepti, vel non sicut non homines, qui numerum non excedunt, qui ad Dominum, vel vitam aeternam non pertineant, quibus proinde melius erat, si nati non fuissent.

XI. Altera mulieris poena fuit, dolor in partu. In dolore paries, in statu enim innocentiae (ait Div. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. ad 1.) fuisset paries absque dolore. Dicit enim Augustinus lib. 14. de Civ. Dei cap. 26. Sicut ad partum non doloris gemitus, sed naturae impulsus feminae viscera relaxaret: ita ad foetandum, & concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius usus naturam utramque conjungeret. De hoc supra egimus Qu. 4. Dub. 3. S. 2. Nunc autem (inquit S. Thom. citatus ad 3.) quocumque mulier concepti, necesse est, quod arumtas patitur, & cum dolore pariat, praeter B. Virginem, quae sine corruptione concepti, & sine dolore peperit; quia ejus conceptio non fuit secundum legem naturae a primis Parentibus derivata. Hinc S. Chrysostr. hom. 17. in Gen. in persona Dei sic loquitur: Ego quidem volebam, id circa dolorem, & arumtam vitae liberamque ob omni vitae, & tristitia, & omni voluptate regere, & licet corpore circumdantem, corporatum solum non esset: ut quia non usa est, ut oportet, tanto profligato, sed affectu bonorum iam ingratum tibi vitium invenit: propterea tibi frantum impio, ut ne amplius laetitia, ad tristitia, & gemitus te condemnaret. Et paulo post: (inquit) magna laetitia, & filiarum procreationem a dolore, ut incipias, faciam; ut & ipsa per conjugium pariat dolorem, & arumtas perpetuo moneatur; quanta sit peccati, & inobedientiae magnitudo etc.

XII. Quod si dixeris. Poena d. bet ad omnes transire mulieres: sed non omnium multiplicatum conceptum, multae enim sunt steriles. Respondet cum Div. Thom. loco citato ad 3. quod si aliqua non concepti, neque parit, paritur sterilitatis defectum, qui propter naturam parit praedicta.

XIII. Tertia Mulieris poena est, quod fit sub potestate viri, ejusque dominio, subjectione non solum voluntaria, sed etiam involuntaria. Subiectio autem mulieris ad virum intelligenda est in poenam mulieris esse inflicta, non quantum ad regimen (quia etiam ante peccatum vir caput mulieris fuisset, & ejus gubernator existisset) sed pro ut mulier contra proprium voluntatem nunc necesse habet viri voluntati parere (inquit S. Thom. laudato loco ad 1.) & S. Joann. Chrysostr. hom. 17. in Gen. inducit Dominum mulieri sic loquentem: Ego ad istum honorem parum te formavi, & ejusdem dignitatis in omnibus participas, & sicut virus, & tibi omnia principatum concedidi: ceterum quia abisti ex dignitate, subiecta te viri. Et inferius, Malis est; ut tu sub illa sit, & illum dominum habeas, quam libere, & cum potestate vivas per precipua pareris. Nam & ego utillus est frons regi, & compositis progredi, quam sine illo per precipua ferri.

XIV. De hac mulieris poena ita loquitur D. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. Mulieri attributa est poena secundum quod propter quae vivo conjugitur. Quae sunt generatio prolis, & communitatio operum pertinentiarum ad domesticam conversationem. Quantum autem ad generationem prolis, poena fuit duppliciter. Primo quidem quantum ad aetatem, quae sustinet, portando prolem conceptam. Et hoc significatur, cum dicitur: Multiplicabo arumtas tuas, & conceptus tuos. Et quantum ad dolorem, quem patitur in pariendo: & quantum ad hoc dicitur: in dolore paries. Quantum ad domesticam conversationem, patitur secundum hoc, quod subiectus dominationi viri per hoc, quod dicitur: sub viri potestate eris.

S. III.

De Pena Ada.

XV. Postquam Dominus mulieri fuit poenas inflixit refertur Moyses Genes. 3. ver. 17. Sed Ada vero dixit: quia audisti vocem uxoris tuae, & comedis de ligno, ex quo praecipi tibi, ne comederis: maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Spiritus: K k 2

tribulus germinabit tibi, & comedes herbam terre. In sudore vultus tui vesceris pane: donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Ac si dixerit (inquit Chrysolomus hom. 17. c. 14.) Ego quidem ego in hunc se mundum produxi, vellebam, ut legere abique laboribus, laboribus, sudoribus, & erumnis, & omni felicitate frui, neque corporibus necessitatibus obnoxium esse, sed ab omnibus illis vacuum in omni libertate versari. Quia vero non profuit tibi tanta securitas, ea propter & terra maledicta est tibi abique fructione, & aratione non proferat suos fructus, sicut antea: sed cum multo labore, molestiis, & erumnis officium se deditur, & continuo fatigationibus. Efficitur item, ut nihil promoveas abique sudoribus... Neque modicum, & breve tempus erit, sed omni tempore vita durabit... Hac sustinebis usque ad finem vite tue, & donec in illam revertaris, ex qua formatus es etc.

XV. Prima ergo Adami poena fuit maledictio terre in opere suo. Ubi Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 24. Non ait, (inquit) maledicta terra in semetipsa, quippe qua cum sit res inanimata, & insensibilis, nec benedictione, nec maledictione secundum semetipsam digna est, vel ejus percipibilis. Sed maledicta, inquit, in opere tuo, id est propter opus tuum, quod est peccatum tuum. Vel maledicta in opere tuo, id est, laboriosa sit tibi operator, vel cultori suo, id est, si in ea non laboraveris, ex ea non comedes: ubi ante peccatum sponte sua, vel saltem sine labore segetes produxerat. Quamvis autem terra nihil peccaverit, maledictio tamen, utpote res pertinens ad hominem, seu hominis utrum. Et hoc modo (ait S. Thom. 2. 2. qu. 76. 2. 2.) Dominus homini dicitur Genes. 3. maledicta terra in opere tuo, ut scilicet per ejus fertilitatem homo puniatur. Unde addit in laboribus comedes ex ea, hoc est, ex ea provenit, & fructus non percipies sine laboribus, molestiis, & defatigationibus plenis.

XVI. Ideo autem maledicta potius fuit terra, quam aqua, vel aliud elementum; vel quia mediante fructu ex terra oriundo peccavit Adam. Vel, inquit Alcinus, terra maledictior, non aqua; quia homo de fructu terre contra vetium manducavit, non de aqua bibit; & quia peccatum de fructu terre contractum in aquis erat abluendum, respiciente Domino Sanctum Baptisma, in quo delictum veteris Adami mergitur, & emergit novus homo in justitia per Christum.

XVII. Secunda poena Adae inflicta fuit, quod terra illi germinaret spinas. Non quia ante peccatum terra spinas, & tribulos non germinasset; sed non germinasset ipsi in poenam, id est non ad patium solum animalium, ut antea, sed ipsi ad laborem, & in ipsis terris, ubi penaliter laboratorum ferat; cum antea in locis separatis spinas forte solum germinasset. Ita S. August. lib. 3. de Gen. ad lit. cap. 18. Nec tamen (inquit) facile dicendum, tunc (post peccatum) cepisse ista (spinas, & tribulos) oriri terrae... Sed ut in agris, in quibus jam penaliter laboraret, etiam ista nascerentur, hoc ad summum pene valere credi potest. Cum possent alibi nasci, vel ad alium, percursum passim, vel ad ipsorum hominum aliquos usus. Deinde admittens, quod etiam ante peccatum spinas nate fuissent in agris, ut modo, pergit dicens: Non quod alibi locis haec antea nascerentur, & post in agris, quae homo ad captivanda: fruges coleret; sed & prius, & postea in eisdem locis, prius tamen non homini; post autem homini; ut hoc significetur, quod additum est, tibi: quia non est dictum, spinas, & tribulos pariet tibi, sed pariet tibi, id est, ut tibi jam ista nasci incipiant ad laborem, quae ad passum tantum modo alii animalibus nascebantur. Ita quoque etiam S. August. sentit S. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. ad 1. dicens: spinas autem, & tribulos terra germinasset, si homo non peccasset, in cibum animalium, non autem in hominis poenam: quia scilicet propter eorum exitum nullus labor, aut poenitentia homini operanti in terra accidit... Quamvis Alcinus dicat, quod ante peccatum terra omnino spinas, & tribulos non germinasset, sed primum est melius. Alcinus in hoc confentit Rabanus, & ante ipsum S. Basilius homil. 5. in Hexameron.

XVIII. Tertia Adami poena est, quod labore suo, & sudore vesceretur pane, & herbam comederet, quibus ei paritas in victu praescribitur. Ex his inferunt aliqui (sicut ex his, quae dicta sunt Genes. 1. ver. 29.) nec Adamum, nec ejus Posteriores fuisse ad diluivum carnes comedisse, sed folia olesteribus, & terrae fructibus pasci fuisse. Sed de hoc dicemus infra. Porro quamvis non omnes in sudore, & labore colendi terram panem comedant: omnes tamen aliquo labore proportionaliter eo pascuntur. Nam & ipsi, qui agriculturam per se non exercent, in aliis laboribus occupantur. Homo enim nascitur ad laborem, ut dicitur Job 5. & sic panem ab aliis in sudore vultus elaboratum manducant, Ita Div. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. ad 3.

XIX. Has Adae poenas S. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 2. describit sic: Sicut ad mulierem pertinet, ut subdat viri in his, quae ad domesticam conversationem pertinent; ita ad virum pertinet, quod necessaria vita protrahat. Et circa hoc puniatur tripliciter. Primo quidem per terra fertilitatem, cum dicitur: maledicta terra in opere tuo. Secundo per laborem anxietatem, sine qua fuit terra non precipit. Unde dicitur: in labore comedes ex ea cunctis diebus vite tuae. Tertio quantum ad impedimentum, quae preveniunt terram colentibus. Unde dicitur: spinas & tribulos germinabit tibi.

Observanda pro coronide est propositio poenae ad culpam. Serpentis enim ambitio puniatur contemptu: gula mulieris dolore corporis, & diving similitudinis affectatio inordinata subjectione sub viro. Viri vero facilitas ad consentiendum uxori, labore, & molestia, ac demum superbia utriusque puniatur morte. Sed de hac etc.

De Panis Adami, & Eae communibus, & precipue de Morte.

S. I.

De Poena Rebellionis Carnis.

I. E. Gimus de poenis, quibus Deus serpentem, Evam, & Adamum specialiter multavit. Nunc agendum de poenis Adami, & Eve communibus, & quae generaliter in totum genus humanum propagarunt, sive quoad animam, sive quoad corpus.

II. Prima, & omnium maxima poena fuit justitiae originalis privatio. Sicut enim per istam poenam perfectae subiectae Deo, perfectae quoque dominabatur viribus inferioribus; ut nec auderet adversus rationem caput extollere, immo neque motum ullum, nisi ea ordinante concipere; & corpus ipsum ita animae obediret, ut ex ejus imperio vigor fanitatis perfectae, immo & immortalitatis in ipsum redundaret, quod supra ostendimus: ita justitia originali privata anima Deo rebellis facta est; & appetitus, & concupiscentia: excelsio jugo adversus rationem insurgere coeperunt; & corpus suae conditioni relictum, & agilitudinibus, & tandem morti coepit subjacere.

III. Rebellionem carnis, seu inferiorem virium rationi est primorum Parentum peccato infurrexisset docet D. Thomas Opus. 2. cap. 193. his verbis: Quia igitur dicitur status iam ordinata integritas terra causabatur ex subjectione humana voluntatis ad Deum, consequens fuit; ut subiecta humana voluntas a subjectione divina, separaret illa perfectio inferiorum virium ad rationem, & corporis ad animam. Unde consentium est, ut homo sentiret in inferiori appetitu sensibilibus concupiscentiis, & ea, & carnis passum inordinatum motus, non secundum ordinem rationis, sed magis et repugnantes; & tam perquam obnuilantes. Quae praestabantur. Et hoc est repugnans carnis ad spiritum, de qua Scriptura loquitur. Nam quis appetitus sensibilibus, sicut & carnis sensibilibus vires, per inferiorem corpus operatur, ratio autem abique aliquo organo corporali, conveniunt, quod ad appetitum sensibilibus pertinet; carnis imperatur: quod vero ad rationem, spiritus, secundum quod spirituales substantiae dicitur, quae sunt a corporibus separatae.

IV. Haec repugnans carnis spiritui est illa lex, quam Sanctus Paulus sentiebat in membris suis repugnanti legi mentis suae, de qua conquerens Roman. 7. ver. 22. & 23. Constat enim legi Dei secundum internum hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnanti legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Ubi dicens: Constat enim legi Dei secundum internum hominem, ostendit (ait Div. Thomas lib. 1. cap. 4.) legem Dei esse convenientem homini interiori, id est rationi: Nullus enim delatatur nisi in eo, quod est sibi convenienti; homo autem secundum rationem delatatur in lege Dei: ergo lex Dei est convenientis rationi: Cum vero dicitur: Video aliam legem in membris meis etc. indicat fomitem peccati: qui quidem (inquit Sanctus Thomas) potest dici lex duplici ratione, Uno modo propter spirituales effectus. Quia sicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes inducit ad peccandum. Alio modo propter comparationem ad causam: cum autem fomes sit quaedam poena peccati, duplicem causam habet. Unam quidem ipsam peccatum, quod in peccato dominium accipit, & ad idem impellit, quae est fomes sine dominio servo vicio legem imponit. Alia causa famitit est Deus, qui hanc poenam homini peccanti inducit, ut rationi ejus inferiores vires non obediant. Et quia ex hac parte fomes est secundum sententiam divini iudicis, fomes lex dicitur. Haec autem lex originaliter quidem consistit in appetitu sensibilibus, sed dissolvitur in omnibus membris, quae deserviunt concupiscentiae ad peccandum, supra (cap. 16. ver. 19.) sic exhibuit membra vestra servare immunditia etc. Ita pulchre Sanctus Thomas ex Paulo poenam hanc describit.

V. Alii autem poenas effectus in intellectu, & voluntate consecutus sunt; ait Div. Thomas Opusculo 2. citato cap. 194. Abundantibus enim in appetitu inferiori inordinatis moribus passivum, simul etiam & in ratione, deficiente lumine sapientiae, quae divinitus illustrabatur voluntas, dum erat Deo subiecta; per consequens effectum suum rebus sensibilibus subdidit, in quibus aberrat a Deo, multipliciter peccavit: & ulterius immundis spiritibus se subdidit, per quos creditis in hujusmodi rebus agendum acquirere sibi auxilium praestari. Et sic in humano genere idololatria, & diversa peccatorum genera processerunt: & desiderio honorum spiritualium, & divinum rebus. Haec tamen ex Div. Thomae poenales defectus, qui ex peccato primorum Parentum in anima congesti sunt, ex postuimus: nunc de iis, quae in corpus redundarunt fermo erit.

S. IV.

De poena Morts.

VI. Consecutus est etiam (inquit) S. Thom. Opus. 2. citato cap. 193.) ut in corpore sentiretur corruptio deficitus, ac per hoc homo incurveret necessitatem moriendi quasi anima jam non valeret corpus in perpetuum continere, vitam ei praebendo. Unde homo factus est passibilis, & mortalis: non

non solum quasi poena pati, & mori, ut antea; sed quasi necessitatem habens ad patendum, & moriendum.

VII. Dico. Ex peccato primorum Parentum consecuta est in poenam hominum necessitas moriendi. Hanc veritatem catholicam jam supra Quaest. 4. Dub. 1. S. 1. Scripturis, PP. & Conciliis firmavit contra Caesellum, & Pelagium; qui negantes, homines contrahere peccatum originale, asserbant, mortis necessitatem non esse poenam ex peccato contractam, sed natura: unde dicebant, Adamum ex sui conditione necessitatem moriendi habuisse, non ex culpa. Horum errorem referens S. Augustinus lib. de Haresi. c. 87. ait: Ipsum quoque Adam dicitur, etiam si non peccasset, fuisse corpora moriturum; neque ita mortuum merito culpa, sed conditione natura. Ne igitur ea, quae contra hunc errorem diximus, inuilliter repellantur, illuc Studiolum provocamus.

VIII. Interea pro perfecta hujus veritatis intelligentia observandum caute cum D. Thom. 2. 2. q. 164. art. 1. ad 1. & 2. q. 1. de Malo art. 5. quod cum naturale sit illud, quod sequitur ex principis naturae, & haec in homine duo sunt, anima rationalis, & corpus: ideo aliquid potest esse naturale homini; vel ratione animae, vel ratione corporis. Et hoc enim dupliciter; vel ratione corporis secundum se, vel ut cooptatur animae. Certum igitur est, quod cum forma hominis sit anima rationalis, & haec sit immortalis, esse mortalem non potest homini ratione sua formae; immo ratione hujus corporis petere esse immortalem. Relinquitur ergo, quod esse mortalem competat homini ratione materiae. Cum enim alia materia, quae hinc animae incorruptibilis servat in operationibus suis, naturaliter inveniri non possit, nisi corpus ex elementis compositum sit; & hoc, qui ex contrariis constans, secundum naturam materiae, naturaliter est dissolubile, & corruptibile, fit, ut corpus hujusmodi sic organizatum, licet corruptibile, sit naturale subiectum animae incorruptibilis, & homo inde resultans ex conditione, & necessitate materiae corruptibilis, & mortalis. Haec tamen non est conditio, secundum quam materia adpotet formae, quae forma est illum requirit. Nam si in natura inventi possent aliquid corpus ex elementis compositum, quod esse incorruptibile, praesens dubia tale corpus esset conveniens animae rationali secundum naturam. Sicut si postea inventi ferunt infrascripta, & rubiginem non contraheret, esse conveniuntissima materia ad formam, & calem artem quae dicitur; sed quia tali inventi non potest, accipit qualem potest, scilicet duram, licet frangibilem. Ita S. Thom. q. 5. de Malo art. 5. citato.

Et 2. q. 164. art. 1. ad 1. Hoc eodem exemplo ostendens, esse quidem de ratione animae rationalis habere corpus organicum, non tamen, si solum per se, quod hoc corpus sit corruptibile. Sicut (inquit) quod terra sit ferrea composita forma, & ad hunc finem, ut per duritiam sit apta ad secundum; sed quod sit potius rubiginem contrahere, consequitur ex necessitate talis materiae, & non secundum electionem agentis. Nam si artem potest, faceret ea ferro ferream, quae rubiginem contrahere non potest. Ex quibus concludit sic.

Deus autem, qui est Conditor hominis, omnipotens est. Unde ademptis suo beneficio ad hominem primitivo, infinitum necessitatem moriendi ex tali materia consequentem: quod tamen beneficium subtrahit ex hoc peccato primorum Parentum. Et sic morte, & est naturalis propter conditionem materiae, & est poenalis propter amissionem divini beneficii praesentis ad mortem.

IX. Hoc igitur beneficium, quo a necessitate moriendi praeservabatur, ab homine ablato propter peccatum, necessitas mortis (et ex conditione materiae caeterorum conveniens) facta est ei, sicutque Posterior poenalis. Quod expressit Deus ipse Gen. 3. v. 19. donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Quasi dicens: quia beneficium meo, quo te a morte praeservaveram, abusus es, relinquitur te conditioni tuae materiae: de terra sumptus es, in terram dissolvetur. Nam quomodo tibi corporis desiderium naturam, iterum erit terra: terra enim es, & in terram abibis. Enim vero, ut na haec fierent, dixi: Ne comedatis de hoc ligno; quocumque enim die comederitis, morte moriemini. Non enim hoc volebam, sed quia coram, quae ad me accubant, nihil intermedium est: tu autem te ipsum in hac consecisti, ut in aliam causam revertaris, sed tua ipsius delicta teum adhibito. Ita S. Joann. Chrysolomus, Hom. 17. in Gen. Omittit alios S. Scripturae textus, quibus ostenditur, mortem esse introductam in Mundum per peccatum; hos enim superius expendimus Qu. 4. Dubium 1. S. 1. inuilliter enim repetendi non sunt.

X. Ex his format rationem suam D. Thom. 2. 2. qu. 164. art. 1. sic. Si aliquis propter culpam suam privetur aliquo beneficio sibi dato, carentia illius beneficii est poena culpe illius: sed homo in sui prima institutione hoc beneficium fuit collatum divinitus, ut quandam mens ejus esset Deo subiecta, etiam inferiores vires animae subjecerentur rationali menti, & corpus ipsum animae in totum obediret; ergo excusis per peccatum debita subiectione animae ad Deum, sicut ex hoc fecuta est rebello carnalis appetitus a ratione, seu privato virium in ratione continendi in debita obedientia vires inferiores tamquam poena: ita tamquam poena secuta est in anima carentia virium, quibus potest continere in debita obedientia corpus, ex qua consequuntur mors, & alii corporales defectus. Sicut enim vita, & incoluntitas corporis consistit in hoc, quod subiacet animae, ut perfectibile suo perfectivo: ita per oppositum mors, & egritudo, & quilibet corporalis defectus ex hoc consequitur, quod corpus animae non subiacet, nec anima vires habet ad fides perfecte subigendum corpus; ergo sic rebello carnalis appetitus ad spiritum

Corr. Theol. Tom. 1.

rum est poena peccati primorum Parentum, ita etiam & mori; & omnes corporales defectus.

S. III.

Solvuntur, quae obijcere videntur.

XI. Ut magis haec Catholica veritas firmetur, solvenda sunt, quae in speciem obstant. Primum ergo obstat videtur. Si mors esset poena peccati, statim fuisset ad peccatum consecuta, sicut statim consecuta fuit rebello carnis ad spiritum; eo vel maxime, quia dixerat Deus Genes. 2. v. 17. In quovis tempore enim die comedatis ex eo, morte morietis: sed primi Parentes post peccatum diu vixerunt, ut patet Gen. 5. v. 5. ergo &c.

XII. Respondet D. Thom. 2. 2. q. 164. art. 1. ad 8. quod statim post peccatum coeperunt mori, esse non statim eorum mors fuerit consummata. Ita S. August. 11. de Genes. ad lit. c. 32. Haec mors ea die accidit, qua factum est, quod Deus vultus; quia ex tunc moribundam qualiter & mortiferam primi Parentes in corpore mortali contraxerunt. Vel sicut dicit I. de Peccat. merit. & remis. c. 16. Quamvis ante multos primi Parentes postea vixerint, illo tamen die mori coeperunt, quod mortis legem, qua in seipsum viderat, acceperunt.

Ita quoque, hanc eandem difficultatem proponens, respondet S. Joann. Chrysolomus, Homil. 17. in Genes. dicens: Nam licet multos annos vixerint, ac tamen a quo tempore audierint: Terra es, & in terram abibis: & sententiam accepit mors, & moralis fuerunt: & ex illo tempore fuerunt, prout ut si quis illos dicit mortuos fuisse. Hoc igitur & Scriptura significans dicit: Quocumque die comederitis, morte moriemini: hoc est, sententiam accipientes, moraliter postea non fuerunt. Sicut enim in humanis iudiciis, quando quis sententia lata, ut capite multetur, iterum in carcerem conjicitur, licet ibi multo tempore agat; nihil tamen tamen habet adfuit, & mortalis; utpote jam per sententiam mortuus est, eodem modo & hi, ab eo die, a quo mortalitatis sententiam acceperunt, immenso tempore duraverunt, nihilominus sententia mortui fuerunt.

XIII. Obstat potest secundo. Nam si ageretur, & alii defectus corporis essent poena originalis peccati, deberent esse aequales in omnibus: nam pro mensura peccati erit & plagarum modus (Deut. 25. v. 2.) sed hujusmodi defectus non in omnibus sunt aequales: nam quidam nascuntur sani, quidam male affecti, quidam diversiforme laesi, quidam bene dispositi, ergo &c.

XIV. Respondeo cum D. Thom. q. 5. de Malo art. 5. in corp. & ad 3. negando absolute maj. Alia enim est poena taxata pro delicto, alia est poena eam concomitans. Sicut si Judex in poenam alicujus delicti faciat aliquem excecari, caecitas erit poena taxata pro delicto; incommoda autem, quae ex caecitate consequuntur, puta quod mendicet, fuit poena concomitans; & ista in pari delicto contingit esse majorem in uno, quam in altero, ad haec enim Judex non respicit, sed solum, quod reum vultu privet. Sic poena taxata toti naturae humanae pro peccato primorum Parentum fuit mors; & in hoc sunt omnes aequales; quod vero plura incommoda ex mortalitate in uno consequuntur, quam in alio, sunt poena concomitans. Dns enim in primordio hujus conditionis delatavit homini quoddam auxilium originalis justitiae, quod praeservabatur ab omnibus hujusmodi defectibus; & eo auxilio privata tota natura humana consequuntur multa incommoda, quae diversiforme inveniuntur in diversis, licet aequales sint in originali culpa, quae sunt poena concomitans.

XV. Sed dices. Licet haec doctrina valeat in homine Judice, qui cum non possit providere eventus sequentes, nec eos potest ponderare, dum infert poenam; propter quod rationaliter hujusmodi incommodorum inaequalitas ejus justitiae non derogat: non valet tamen in Deo Judice puniente, qui cum omnes eventus futuros praenoscit, & disponat, injuste videtur se gerere, si aequaliter subiacentibus culpe inaequalia incommoda in poenam venierint.

XVI. Ad hanc dubitationem tollendam (inquit D. Thom. re-latus) posuit Origenes, quod anima antequam corporibus uniretur, diversa merita habuerunt, pro quorum diversitate consequuntur corporibus, quibus uniantur, majora, vel minoria incommoda. Et inde est, ut ipse dicit, quod quilibet mox nascitur a Deo, vel eam nascuntur, vel aliqua hujusmodi incommoda patiuntur.

XVII. Sed hoc (ait S. Doctor) repugnat Apostolica Doctrina. Dicit enim Apostolus Rom. 9. de Jacob, & Esau loquens: Cui nondum nati essent, aut aliquid boni, vel mali essent &c. Eadem autem est ratio de omnibus. Unde non est dicendum, quod anima habuerint merita bona, vel mala antequam corporibus unirentur. Est etiam contrarium. Nam cum naturaliter anima sit pars humanae naturae, imperfecta est sine corpore existent, sicut quilibet pars separata a toto. Inconveniens autem fuisset, quod Deus ab imperfectis suam operationem inciperet. Unde non est rationale, quod animam crearetur ante corpus, sicut neque quod manum formaverit extra hominem.

XVIII. Aliter igitur respondet S. Thomas, quod diversitas, quae circa hos defectus accidit in hominibus, est a Deo praevista, & ordinata; non propter aliqua merita in alia vita existentia, neque tamquam poena pro originali taxata: sed vel in poenam peccatorum parentum: filius enim secundum corpus, est aliquid patris, esto non secundum animam, quae immediate a Deo creatur: unde non est inconvenientis, ut pro peccato patris filius corporaliter puniatur, non

Kk 3



Hic hominem primum suspensum esse sepulchrum. Hic patitur Christus, pro sanguine terra maledicta; Pulvis Adæ ut possit veteris cum sanguine Christi commixtus, stillantis aqua virtute lavari.

S. Cyprianus Sermon de Resurrectione Christi. (vel quisquis alius Cyprianus coevus) Nos inquit ad Christum peruenientes, cuius sanguine coacta creditur Adam calvaria, qui sub loco, quo Crux Domini fuit, humatus creditur ab Antiquis &c. Origenes in 35. in Matth. Venit inquit ad nos traditio quadam quod corpus Adæ primi hominis sepulchrum est, ubi crucifixus est Christus. Idem sentiunt Athanasius de Pass. Domini. Epiphanius Hæres. 46. contra Tarianum. Chrysostomus Homil. 84. in Joann. Ambrosius in Luc. c. 23. Theophilactus, & Euthymius in c. 27. Matth.

Afferri solet S. Aug. Sermon. 71. de tempore, ubi idem asserit: sed quia sermo ille a PP. Maurinus scriptus, vel saltem dubius existimatur, abstinere. Afferri quoque solet S. Hieronymus, qui esto, ut nuper vidimus, Adam sentiat sepulchrum in Hebron, non in Calvaria: epistola tamen sub nomine Pauli, & Eustochie ad Marcellam olim 17. modo 44. opusculum scribit: sed quia incertum ex stilo appareat, an S. Hieronymus sub nomine prædicatorum mulierum, an vero ipse, vel alius eorum nomine eam scripserit, ideo omitto.

Hæc tamen pro mei Candidati eruditione dicta sint. Ceterum si in Hebron, si in Calvaria loco sepultus fuerit Adam, semper habetur, eum sepulchrum fuisse in regione Palestina, quæ Judææ, & proinde verisimile etiam esse, eum ibi quoque dum viveret, habitasse.

XX. Dicitur tamen obitare potest, quod, etsi Adæ sepulchrum inventum fuerit, si in Hebron, si in Calvaria loco, non probatur tamen, Adam primo ibi fuisse sepulchrum: ac proinde nec ibi mortuum, neque in ea regione habitasse. Constat enim, non solum omnia cadaverum ossa dispersa, sed etiam sepulchra ipsorum, omnitæque ædificia evasa fuisse, & penitus vastata generalibus diluviis inundationibus, adeo ut omnibus hæc illuc translatis, nihil priori loco constitisse merito credi possit. Quod ergo post diluivium reperita fuerint Adami ossa, & sepulchrum in Palestina, argumento non est, eum primo fuisse ibi sepulchrum.

XXI. Respondere potest ex iis, quæ apud Moysem Barcepham I. de Paradiso c. 14. (ex Jacobo Ortohaia Edessen inter Syros scriptore valde nobili) leguntur: nempe Noënum in terra Jebus morantem, ante diluivium ossa Adami & tumulo extracta religiose in Arcam ad se recepisse; & post siccatam terram, diviso inter tres filios suos Orbe, ac Semo, quem ceteris anteferebat, regione, quæ Judæa post dicta fuit, ad habitandum data, eidem Adami ossa tradidisse, vel saltem ejus calvariam; ut ea in antiquo sepulchro, ejus saltem reliquiæ exare potarent, collocaret. Quod factum fuisse, non solum confirmat S. Epiphanius in Anchorato versus finem, sed etiam quotquot de Adami sepulchro scripsere: qui concorditer asserunt, ipsum in Judæa fuisse tumulatum.

XXII. Verum quia hæc Syrorum traditio non tantæ auctoritatis est, ut indubiam faciat fidem. Cum in Scriptura de hoc alium silentium sit; & insuper ea admittit, non conflet Noë filios Adami ossa reposuisse in eodem loco, ac regione, ubi primo condita fuerant; concluditur, nihil certi statui posse de regione, quam Adam post exilium & Paradisum incoluerit.

XXIII. Aliud momentum afferri potest, observando Gen. 3. v. 23. dicit: & misit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Quæ verba sensum fecere videntur, quod Adam, qui a terra, de qua sumptus fuerat, translatus fuerat in Paradisum, ut illum sine labore, & molestia operaretur; in aliorum ejectionis fuerit in terram, de qua sumptus erat, ut illum in sudore, & labore operaretur: igitur videtur Adam post exilium incoluisse regionem illam, de cuius terra fuerat formatus: hæc autem fuit, vel ager Damascenus juxta Ebron, vel aliqua alia pars Israeliticæ terre frigidæ. Adam autem formatum fuisse ex terra agri Damasceni pro ea parte potius, quæ respicit ad Hebron, quam pro ea, quæ ad Damalcum accedit, probabilius aliqui censent: quia & rubri coloris est, & dumetis, ac spinis confusa, ubi illa fertilis est, & colore nigra: certum est autem Adam formatum esse ex terra rubra, quod nomen ipsum significat, & damnatum fuisse ad operandam terram spinas, & tribulos germinantem. Ut ut sit, colligitur, Adamum incoluisse terram illam, quæ inter Damalcum, & Hebron jacet, in eaque creditur, Abel sacrificium obtulisse, ibique a Cain occisum, & sepulchrum. Sed de hoc satis superque dictum est.

DUBIVUM IV.

An Adam, & Eva salutem consecuti sint?

S. I.

Tatianus error, & Encratitarum.

I. Tatianus Assyrius vir in Philosophicis disciplinis, & eloquentia clarus, lectione Sacrorum librorum (ut ipse narrat in Oratione contra Græcos) ad fidem conversus, Justinus Martyris discipulus factus, quando ab ejus latere non discessit, celebris in Ecclesiis fuit, floruitque secundo seculo Imperatoribus M. Antonino Vera, & L. Aurelio Commodo. Inter ejus multa volumina unus extat liber ad calcem Operum S. Justini positus, cui titulus Oratio ad Græcos. Verum S. Justino Magistro suo per martyrium sublato, scientia elatus,

& in plures errores lapsus, scilicet Encratitarum nomen dedit anno 178. circiter. Hujus discipulus fuit Severus quidam, a quo Severiani heretici nuncupati sunt.

Hi ergo omnes Tatiani, Encratite, seu Conventuales, & Severiani inter alios errores, quos omnes modo recensere non vacat, hunc docebant, nimirum, Adam, & Evam esse damnatione perpetua in infernum detractos propter eorum primum inobedientiam peccatum.

S. II.

Salus Adami statuitur ex Scriptura.

II. Ideo Adam, & Eva egerunt poenitentiam de peccato nam adopti sunt per Christum. Probat primo celebri Testimonio Sap. 12. v. 1. & 2. Hæc (idest Sapientia) illum qui primus formatus est a Deo Pater Orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & educit illum a delicto suo, & deducit illum virtutum continentiam omnia. Super quæ S. Aug. Epist. 99. n. 164. ad Evodium c. 3. ait: Et de illo quidem primo homine patre, quod eum ibidem scriptis, Ecclesie fere tota consensus; quod eum non inaviter credidisse credendum est, undecumque hæc traditum sit: etiam canonice Scripturarum hinc expressa non præferatur auctoritas. Quamquam illud, quod in libro Sapientie scriptum est: Hæc illum, qui primus factus est, Patrem Orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & educit illum a delicto suo, & dedit ei virtutum continentiam omnia: magis pro hæc sententia quam pro ullo alio intellectu favore videtur.

III. Hanc veritatem unus, quem vidimus, in dubium revocare videtur Rupertus l. 3. in Gen. c. 31. nam de Adam loquens: De quo (inquit) utrum aliquando per Christum misericordiam consecutus sit... hodieque nonnulli differunt: pro eo quod videlicet in eodem canonice Scriptura scriptum, illum esse poenitentem, in eo autem dicitur, quod in scripturis libri Sapientie, de illo sic scriptum est: Hæc (subaudiatur Sapientia) illum, qui primus formatus est a Deo pater Orbis terrarum &c. Verum hæc Scriptura neque de Canone est, neque de canonice Scriptura sumpta esse sententia hæc. Et post multa concludit: Ita quæ quia de illo veteri Adam nihil usquam bene operi invenitur, & neque Adam illi esse oppositus: sicut enim in Adam omnes mortuuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur: Salvatio ejus & a multis liberæ negatur, & a nullo facti primæ defenditur. Quibus Rupertus auctoritatem libri Sapientie parvi facere videtur, & Adami salutem dubiam relinquere.

IV. At singularis in hoc est Rupertus cum nedum S. August. laudatus, sed ceteri S. Patres antiquiores pro æterna Adami salute contra Tatianum pugnaverint, ut infra referemus. Deceperit ergo crediti potest Rupertus, cum e Canone Sacram Scripturarum libere expunxerit Librum Sapientie, quem (etsi nondum tota Ecclesia Canonicum suo tempore declarasset) suo Canoni inseruerat anno 397. Concil. Carthag. III. c. 47. quod & Innocentius I. Epist. ad Exuperium Tolosanum, & Gelasius I. in Synodo Romana secuti sunt, ac subsequentes tum Pontifices, tum Synodi præstitere: donec in Tridentina, contra Protestantem modernos hæreticos, generaliter Scripturarum Canon pro tota Ecclesia inferretur est. Advertendum etiam est, quod Veteres, qui Scripturarum divinarum Canonum illi non inferebant eum tamen tamquam librum Ecclesiasticum agnoscebant, & ex eo testimonia delibebant, ut alibi præbavimus; & si Deus dederit, publico exponemus. Quare miandum est, quod Rupertus citatus ejus auctoritatem elevare conetur, & dicat, quod majore libertate parvi penditur, quem suscipitur.

V. A. tamen erederim, Rupertum in aliorum potius sententia, quam sua, & referendo potius, quam assertando hæc dixisse. Moveat ad hoc, quia a temeritatis nota non absolvit eos, qui Adamum salvum non esse definiunt; & scholam, ex qua primo prodit hæc opinio, agnoscit esse damnatam scholam nempe Tatiani, & Encratitarum: unde subdit: Ne quis tamen temere desinat, cussat & hæc (ut Ecclesiastica refert historia) ad Encratitis heretici invenum esse, quibus Tatianus auctor existit. Nec obstat, quod in Adam omnes mortuuntur. Hoc enim verum est: sed verum etiam est, quod in Christo omnes vivificabuntur, & proinde etiam Adam. Ubi enim superabundavit delictum, superabundavit & gratia, Ita S. Irenæus l. 3. advers. Hæres. c. 39. modo 33.

S. III.

Salus Adami asseritur ex Patribus.

VI. Primus, qui Tatiani errorem in hæc materia impugnantem suscepit, fuit S. Irenæus lib. 3. adversus Hæres. c. 34. & seq. modo integro c. 33. ejus rationes subjecimus. Prima ergo est, Deus per Christum & captivitate diaboli eripuit eorum filios, ergo eripuit quoque primos Parentes. Consequ. probat. Si enim filios liberatis, Parentem quem fecerat, ut viveret, in motum relinqueret, quam ei intulerat serpens, victus esset a serpente Deus; & serpens cum primis suis spolis victor de Deo triumphasset: Si enim, qui factus fuerat a Deo homo, ut viveret, hic amittens vitam, factus serpente, qui depravaverat eum jam non revertetur ad vitam, sed in totum projectus esset morti, vitæ esset Deus; & superaret sententiam nequitiæ voluntatem Dei. Et infra: Nec vitium quidem parvum inimicus, ipse verberat. Spolis mortuorum apud Deum. Irrationabilis insuper esset redimere filios natos in captivitate, in ea relinxis Parentibus, qui primi in captivitate ducti fuerant. Quoniam nimis irrationabile

hilo est; illum quidem qui vehementer ab inimico lesus est, & pro captivitate passus est, dicere, non eripi ab eo, qui vicem inimicorum, ereptis vero filiis ejus, quos in eadem captivitate generavit... Quemadmodum si hostes expugnaverint quendam, & juvenis ducerint captivos: & multo tempore in servitutem possederint eos, in quo generat apud eos; & aliquid delens pro his, qui servi facti sunt, eosdem hostes expugnet: non tantum ipse faciet, si filios quidem eorum qui captivi ducti sunt, liberet de possessore eorum, ipse vero, qui captivitatem sustulerunt, subditis reliquis inimicis, propter quos & civitatem fecit, confectis liberetam filijs, ex causa paterna vindictæ sit. Vel enim inferius esset liberator, si non posset, vel injustus, si non vellet.

VII. Altera Irenæi ratio est confirmativa præcedentis. Deus maledixit terræ, ac serpenti, non autem Adam, & Evæ; ergo dignus est, quod eos finaliter non reprobavit. Propter hæc (inquit) & initio transgressione Adæ, sicut enarrat Scriptura, non ipsum maledixit Adam, sed terram in operibus ejus, quemadmodum ex Veteribus quidem ait, quoniam quidem transgressus Deus maledixit in terram, non perseveraret in homine, Probat insuper conseq. Quia enim ob fraticidium reprobraverat Cain, ei maledixit; ergo si non maledixit Adæ, eum non reprobavit.

VIII. Tertiat ratio est ista consequens est. Ideo Cain maledicto, & reprobationi subiectus fuit, quia fe peccasse negavit, nec Deum timuit, nec in fraticidio confusus fuit, aut nullum signum poenitentiae dedit. Propter hæc, & ipse maledictus portavit, quoniam a fe peccatum sult, non reverentis Deum, neque confusus in fraticidio. Atqui Adam, & Eva timore correpti, & confessione se fecerunt, & absconduntur, & quavis excusatione illud conentur tegere, peccatum tamen suum cum rubore confitentur, quos omnia poenitentia signa sunt. Unde observans Irenæus, eos sibi consulsisse perzonata ex folijs vitæ ficus, quam altarius arboris, & que minus corpus ejus potare possent, dicit: Per sacrificium in factio habuisse suam poenitentiam. Addeque: Et hoc videlicet semper observavit indumentum, humilias semper fuit, nisi Deum, qui est misericors, tunicas pelliceas, pro sillis sicutis, indidisset eis.

IX. Quarta Irenæi ratio sumitur ex inimicitia posita a Deo inter serpentem, & mulierem, & semen illius, per quod, idest Christum, caput serpentis contenderat erat. Ex quo infer, quod Adam, qui fuerat victus, victor esset futurus serpentis pro Christum. Vitæ autem erat Adam, ablato ab eo omni vitæ, propter hoc vitæ rursus inimico recepti vitam, Adam novissima autem inimica evacuatur mors, quæ primam possederat hominem. Quæ propter liberato homine, sicut, quod scriptum est: Absorpta est mors in victoria... Quod non poterit justè aliter, si non illa liberata fuerit, cui primam dominata est mors. Illius enim salus concussit est mortis, Dominus igitur vivificans hominem, idest Adam, evocans est & mors.

X. Quinta eisdem ratio hæc est. Christus venit Pastor querere ovem, & quæ perierat, quam inventam portavit gaudens in humeris suis: atqui si primam, quæ perierat, nempe Adam, non invenisset quæsitam, plenum non foret Pastoris gaudium, & adhuc in radice posideretur a perditionis omnis hominis generatio; ergo &c. Concludit ergo: hi qui contradiant saluti Adæ, nihil proficiant, nisi hoc, quod semetipsos hereticos, & apostatas faciant veritatis; & adverteat se serpentes, & mortis ostendunt.

XI. Tertullianus quoque pro Adami salute contra Tatianum pugnat. Primo. Lib. de Prescriptionibus adversus Hæreticos cap. 52. Ex eo, quod Adæ filii salvi facti sint, reputat inconveniens, non saluum esse Adamum Parentem. Reprehendens enim Tatianum: Quasi (inquit) non, si rami salvi fuerint, & radix salva sit. Secundo: Lib. 2. advers. Marc. cap. 26. Nam (inquit) etsi Adam propter statum legis deditus mortis est, sed ipse et salus est, dicens Domino: Ecce Adam factus est tantquam unus ex nobis, de stirpe scilicet hominis adlectione in divinitatem. Denique quid est quod sequitur? Et nunc ne quando extendat manus, & sumas de ligno vite; & vivas in ævum. Interponens enim, & nunc, presertim temporis verbum, temporalem, & ad presens divinitatem vitæ, scilicet se ostendit. Ideo, quæ nec maledixit ipsum Adam, nec Evam, ut refrenationis candidatos, ut confessione relinquerent, Cain vero, & maledixit. Quibus acute observat, Adam, & Evam fuisse ad tempus vitæ gratiæ privatos cum fe restitutionis, ideoque vocat eos restitutionis candidatos. Candidati enim apud Romanos erant petitores honorum. Tertio: Adami poenitentiam, & divinæ indignationis rescissionem asserit expresse lib. de Poenitentia cap. 2. his verbis: Nam Deus... post condemnationem hominem cum facti doret, post ejusdem a Paradiso, mortisque subiectum; quem rursus ad suam misericordiam mirum quæsit, jam inde in semetipso poenitentiam dedit, rescissa sententia trarum pristinarum ignoscere passus operi, & imagini sue.

XII. Origenes item Tract. 35. in Matthei, approbans traditionem, quod Christum ibi passum, & crucifixum sit, ubi ceterum Adæ primi hominis fuerat sepulchrum: Ut caput (ait) humani generis resurrectionem inveniam cum populo universo per resurrectionem Domini Salvatoris, qui ibi passus est, & resurrectio. Inconveniens enim erat, ut cum multi ex eo nati remissionem acciperent peccatorum, & beneficium resurrectionis consequerentur, non magis ipse pater omnium hominum ejusmodi gratiam consequeretur.

XIII. Quinto pariter Epiphanius Hæres. 46. ubi Tatianum perstringens: Sicut quippe (inquit) tota hæc est opinio. Nam si Adamus salutem minime esset adeptus, hoc est, ipsa quædam modo generis massa, nec ulla massa hujus particula servari poterit.

Si enim, qui primus omnium conditus, & ex integra adone terra formatus, salutis minime esset particeps; quæ ab eadem terra fuit, quo tandem pacto salutem obtinebat? Et infra: Jam vero si Adamum Dominus ipse fabricavit, ac primum illud factum opus nihilominus exterminat, dum reliquos interim servat, quantum hæc Tatianus, stultitia est? Imbecillitatem enim Dominus, quantum in te est assilgit, qui hominem, quem ante omnes effinxerat, & ab unico mandato violati crimen, & Paradiso depulsum, nec mediari misericordiam castigationem, servare minime poterit, aut, ut potuerit misericordiam ei nullam adhiberit.

XIV. Hæc sunt rationes, seu veritas congruentia, quibus Patres Adami salutem sibi persuadebant contra Tatianum. Quibus addi possunt omnes Patres illi, qui asserunt Christum in monte Calvarie crucifixum, ubi sepulchrum fuerat Adami; ut primi Parentis reliquias sanguine suo rigaret, ac tam ipsum, quam nos ejus posterus, ad spem consequenda salutis erigeret (verba sunt S. Epiphanius laudato loco) Patres, qui hæc traditionem suo suffragio comprobantur, retulimus Dub. præc. §. 3. nu. 19. Omnibus præfatis accedit S. Gregorius, qui lib. 7. Epist. epist. 34. ad Eulogium, ait: Qui tamen Adam passum per poenitentiam ad vitam rediit.

XV. Porro Adamum, & Evam in gratiam restitutos fuisse, & salutem æternam consecutos per Christum, præter ea, quæ ex Patribus indicata sunt; probatur. Quia ab Adæ lapsu, quo ipse, & totum genus humanum a Regno Celorum, & salute æterna exclusum fuerat, nullus potuit Regno, & salutem restitui, nisi per Mediatorem Christum, & fidem in ipsum. Quare Petrus Act. 4. ver. 12. Et non est (inquit) in ista aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub Cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Et hæc ratio August. 13. ver. 8. Christus dicitur Agnus, qui occisus est ab origine Mundi: quia prævisus, & fide conceptus operari cepit reconciliationem, & salutem a Mundi initio. Hoc indicant verba Sapientie cap. 9. ver. 19. Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placentur illi Dominus a principio (cap. 10. ver. 1. & 2.) Hæc illam, qui primus formatus est a Deo pater Orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & educit illum a delicto suo. Quænam est autem hæc sapientia, nisi Christus, quem Paulus 1. Cor. 1. ver. 24. vocat Dei virtutem, & Dei Sapientiam? Hunc primis Parentibus promittit, cum Gen. 3. ver. 15. inimicitias (inquit) Deus serpentis) ponam inter te, & mulierem, inter semen tuum, & semen illius; ipsa (vel ipsum, vel ipse) conteret caput tuum. Unde Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 29. ait: Cum igitur dicit Deus, ponam inimicitias inter te, & mulierem, profecto magnum gratia sua opus promittit... Porro hæc inimicitia non per ipsam mulierem, sed per semen illius exercenda, & usque ad victoriam produccenda sunt. Prinde... continuo subjungit, & semen tuum, & semen illius. Quo enim de semine hæc dicitur, nisi de uno, qui est Christus? Ipse namque solus, in semine mulieris est, ut non etiam ipsi semen sit &c.

XVI. Nec dicat, Gelasius I. anno 494. in Concilio Romano rejectit ut apocryphum librum, qui inscribitur Poenitentia Adæ. Nam Respondet, Gelasium rejecisse quidem ut apocryphum librum, non autem ut apocryphum poenitentiam. Nam rejectit quoque in eodem Concilio ut apocryphos libros De Infantia Salvatoris, de Nativitate Christi, & tamen quis dicit, eum apocryphum existimasse Christi nativitatem, & infantiam?

DUBIVUM V.

Utrum anni, quibus leguntur vixisse Adam, alitque ante diluivium, sint anni communes patris nostri.

S. I.

Ethnicorum opinio.

I. Adami, & Veterum ante Diluivium longævitate definitio, nempe Moyse Genes. cap. 5. scribit Adam vixisse annos nonaginta quinque, Seth nonaginta duodecim annis: Enos annis nonaginta quinque: Cainan nonaginta decem: Malaleel octingentis nonaginta quinque: Jared nonaginta sexaginta duo: Deo capus, amplius non apparuit: Methusala nonaginta sexaginta novem annis: Lamech septingentis septuaginta septem: Noe nonaginta quinquaginta annis.

II. Hoc Ethnicis, alitque nonnullis incredibile visum est. Quapropter annos multo breviores fuisse, quam nostros existimant, nimirum, vel mensuros, quales olim Aegyptiis in usu fuerunt; aut certe tam breves, ut certum ex illis decem ex nostris non superaret: ita ut in eorum opinione non plures, quam dies triginta sex circiter annus completeretur. In hac sententia fuisse Varronem testis est Lactantius lib. 2. in Div. cap. 13. dicens: Sic facta hominis vita est temporaria, sed tamen longa, quæ in mille annis propagaretur: quod divini Litteris prædicatur, & per omnium scientiam publicatur, cum Varro non ignoraret, argumentari nihil esse, cur putarentur Antiqui mille annos vixisse. At enim, apud Aegyptios per annos mensuræ haberi, ut non Solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed Luna, quæ Orbem illum signorum triginta dierum spatio illustrat.

III. Sanctus quoque Angustinus, eorum, qui fuit tempore ita sentiebant, opinionem exponit ac explodit lib. 15. de Civit. Dei cap. 18. Neque enim (inquit) ullo modo audiendi sunt, qui putant, aliter annos illis temporibus computatos, idest tanta brevitate, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter inguitur: cum audieris quique, vel legieris,